



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Defensor Redivivus Seu De Sacrae Consistorialis Aulae
Advocatorvm Origine, ac Munere**

**De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio**

Romae, 1657

31 Clemens IV. & Bonifacius VIII. antiquissimi Aduocati Consistoriales.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

50 CAPUT

Indices cùm Aduocatis &c. & ferè post duo sæcula in Constitutione secunda Benedicti XII.

31 Expressa * quoque mentio Aduocati Consistorialis fit in vita Bonifacii VIII. ad Pontificatum eius Nono Kalen. Ianuarii 1294. quem sub nomine Benedicti Caietani in Curia Romana fuisse Aduocatum Consistoriale testatur Alphonsus Ciacconius in eius vita tom. 2. fol. 642. Et ante Bonifacium VIII. Clementem quoque IV. Summum Pontificem, creatum Perusiis per compromissum Non. Febr. 1265. in numerum Aduocatorum Consistorialium fuisse cooptatum sub nomine Guidonis Fulcodii Galli patria

Nar-

PRIMVM. 51

Narbonensis testatur Cæsar Ca-
rena in annotat. ad quæstiones
quindecim eiusdem Fulcodij pro
Inquisitoribus post eius tract. de
offic. Sanctissimæ Inquisitionis in
addit. ad princ. Cons. num. 2. ibi.
Mortua uxore Romam venit, ubi
primum Aduocatus Consistorialis
efficitur, mox Podiensis, dein
de Narbonensis Episcopus, postea
Cardinalatus, & Sabinensis E-
piscopatus honore ab Urbano IV.
Summo Pontifice decoratur, in
cuius etiam loco maximo consensu
omnium S. R. E. Cardinalium
sufficitur, & Clemens IV. nun-
cupatur. Fit etiam mentio de
Aduocatis Consistorialibus à Bo-
nifacio Vitalino in Clementina
Abusionibus num. 2. de Pœniten-

D 2 tij's

52 CAPVT

tijs , & remiss . ibi . Nota quod
Aduocatus Consistorialis non de-
bet plus effectualiter exponere ver-
bo in Consistorio publico Papæ,
quam contineatur in supplicatio-
ne scripta , quam de mandato Pa-
pæ exhibet Cancellario , aut alteri
Cardinali , quem deputet in hoc
Commissarium ; Qui Vitalinus
fuit Aduocatus Fisci tempore
Clementis Sexti creati Auenio-
ni Nonis Maii 1334. , ut ipse
testatur in Clementina Dudum
num. 9. De Iudicijs . Nec non
in prouisione Officii Potestatis
in Ciuitate Vrbeuetana à Gre-
gorio XII. facta in personam
Magistri Francisci de Vbaldis
I. V. D. Perusini , & Confisto-
rii Aduocati ad sex menses præ-
stic-

stito solito Iuramento fidelitatis
in manibus Camerarij sub Da-
tum apud Sanctum Petrum XI.
Kalendas Ianuarij anno primo
qui fuit Domini 1406. in libro
eiusdem Gregorij XII. de diuersis
formis anno primo, qui cum alijs
extat in Archivio Vaticano; Ita-
rumque declarando per recep-
tionem ad officium Aduocatio-
nis Consistorij sui, non vacasse,
nec vacare officia Scriptoriæ
litterarum Apostolicarum, Pœ-
nitentiariæ, & Abbreviatoriæ
earumdem litterarum Aposto-
licarum, quæ habebat Sanctes
de Viuiianis Canonicus Feren-
tinus, & legum Doctor recep-
tus ad dictum officium Aduo-
cationis Consistorialis:imo cum

D 3 illo

54 CAPVT

illo dispensauit, vt quoad viueret eadem officia, nec non Aduocationem posset exercere, etiam si essent incompatibilia, & illum ad coniugalia vota transire contingere. Datum Caicæ. IV. Nonas Augusti anno quarto Domini verò 1410. lib. De diuersis formis eiusdem Pontificis Anno IV. fol. 174.

32 Nec * silentio intoluendum est, plures testari Oldradum suisse Aduocatum Consistorialem, qui plurimum valuit apud Ioannem XXII creatum VII. Idus Augusti 1316; & floruit anno 1320; vt testatur Ioannes Fi- chardus in *Vitis Recentiorum In- risconsultorum*, hoc est in vita eiusdem Oldr. tract. tom. I. fol.